



Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

An possit deputare Oratorium in domo sua, ut ibi indifferenter, per modum
habitus, celebretur, nu. 12

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

*An possit Episcopus deputare Oratorium
in domo sua , ut ibi indifferenter,
per modum habitus,
celebretur.*

12. **E**piscopus a potest, domi suæ,
sive urbana , sive rusticana,
sive intra Diœcesim , sive extra,
etiam sine licentia Episcopi in cu-
jus Diœcesi moratur (id enim non
pertinet ad jurisdictionem con-
tentiosam , sed est quid volunta-
rium quod ipse libere valet b ex-
ercere extra Diœcesim) potest in-
quam Episcopus , etiam solum Ti-
tularis , deputare Oratorium pri-
vatum , ubi celebretur Missa indif-
ferenter ab omnibus. Hæc Do-
ctrina , si alio argumento non fir-
maretur , sane illud sufficiens esset ,
nempe id passim sine ullo scrupulo ab Episcopis in usum deduci.

Ratio

a Delugo de Euth. d. 20. sec. 2. n. 10.
Portell. in Resp. p. 3. casu 20. n. 3. b Syar.
l. 2. de matr. d. 18. à n. 7.

Ratio autem fundamentalis est, quia ex una parte hanc facultatem amplissime obtinet Episcopus in a jure, & ex alia nec Tridentinum, nec aliud Pontificis decretum id illis prohibet: Tridentinum enim, & si quod aliud decretum prohibens est, loquitur & de Oratoriis in domibus privatorum, Domus autem Episcopi privata Domus non est.

13. Atque ex tam lata facultate collige primo, posse plures, & plures Missas in tali Oratorio, eadem die, celebrari, sive ab Episcopi familiaribus, sive ab exteris.

Secundo, id fieri posse, absente, Episcopo, imo etiam ipso in remotis agente, quia privilegium hoc

F 3 perso-

a C. Missarum de consec.d i ibi Missarum solemnia ubi ipse (Episcopus) permiserit, celebranda esse censendus. Idem dicitur c concedemus eadem alia loca vnde apud Azor p. 1. l. 10. c. 26. q. 3.

b Portell. n 3. & 4. cit. citans SAS-
HUM, NAVARR. & alios.

rium
r,

suæ,
ana,
tra,
cu-
non
on-
ta-
ex-
in-
Ti-
pri-
dif-
Do-
fir-
set,
ru-
ici.
tio
IO.
ar.

personale est, simul & locale, id est concessum tali domui respectu E. piscopi, cuius est. Et contra autem, si desinat talis domus esse Episcopi, amittitur tale privilegium, quia tunc nullus est respectus ad Episcopum Puto item, si locetur aliis, vel etiam si concedatur aliis ejus usus, amitti, seu non vigere privilegium, si quidem jam desinit respectus praedictus, qui non fundatur in dominio, sed in usu, quem vel ipse, vel saltem sui obtinent talis domus.

Tertio, fideles, si ibidem intersint Sacro, satisfacere præcepto; ut Sacra Congregatio declaravit a & nos universaliter dicemus infra §. 3 n. 6.

§. III.

De Religiosorum Privilegiis circa locum Sacrificii.

I. **V**T explicitur privilegia in re hac Mendicantium, & eorum,

a Apud Dian p. 6 fr. 8. ref. 40. fine.